



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

45. Ad parcendum &c. Aliud Edictum quo priora Decreta Signaturæ  
Justitiæ instaurantur, & alia adjungantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

decreta super his habeant pariter vim rescripti plenæ Signaturæ, quibus si non acquieverint, tunc licet recurrere ad eamdem plenam Signaturam, in qua, si succubuerint, Parti vicitri solitas expensas scutorum quatuor Procuratores in plenam reficere teneantur.

Si quando (prout alijs provisum fuit per clar. mem. Cardinalem Aldobrandinum Prædecessorem nostrum) inter Litigatores de expedienda commissione convenierit, ipsimet, vel eorum Procuratores ad indicandum hujusmodi consensum sua cuiuscumque nomina pariter à tergo commissionis inscribant; Procuratores autem, qui absque legitimo mandato tale quidpiam ausi fuerint, expensas, damna, & interesse per Nos extrajudicialiter taxanda, laſe Parti præstare damnabuntur, gravioribus etiam pœnis pro culpa, dolique mali modo, arbitrio nostro inflictis; Volumus, & mandamus, quod in futurum, si Partes, vel Procuratores convenient de expedienda commissione, Revisor juxta illorum consensum commissiones signandas à Nobis afferre teneantur.

Insuper prohibemus transmittere in plena Signatura commissiones pro simplici circumscriptione sententiarum, vel decretorum, sed debeant in eisdem commissionibus alternative petere, quod, quatenus non sit locus circumscriptioni, committatur causa appellationis cum clausulis opportunitis, ne Partes reiteratis propositionibus onerentur.

Volumus etiam, quod in posterum Partes teneantur date in eatum Summiſtarii sub numero primo copiam de verbo ad verbum collationatam cum originalibus commissionum, quæ per ipsas porrigitur signandas in plena Signatura, nec non subsequenti numero per extensum, decretum, seu sententiam, à quo, vel quia petuntur dicere commissiones; alias præfatae causæ per Ponentes ejusdem Signaturæ omnino non proponentur, & Procuratores, qui id servare noluerint, expensis dictæ Signaturæ, alisque arbitrio nostro teneri mandamus.

Caveant etiam DD. Ponentes in posterum subscibere propositiones causarum contra formam præsentium Decretorum; nam, non obstante eorum subscriptione, causæ non proponentur, ut supra, & Procuratores in expensis, & alijs etiam gravioribus pœnis damnabuntur.

Præcipimus quoque, quod in causis executivis citationes pro deputatione alterius Judicis in locum suspecti allegati, nec non citationes ad recipiendum fieri, nec legi possint coram Nobis, sive Domino nostro Auditore, & factæ non afficiant, & possint impunè sperni.

Item mandamus, quod citationes ad videndum supersedenti coram Nobis, sive Domino Auditori nostro in causis, quæ ratione summa non possunt in plena Signatura proponi juxta Decreta alias edita, non recipiantur, neque admittantur, & factæ possint impunè sperni, non obstante quocumque decreto etiam interposito, quod censeatur subreptitiæ extortum.

Ulterius præcipimus, quod supercessoriæ in causis proponendis in Signatura Justitiae non concedantur, nisi unica, & unica prorogatio per Dominum Auditorem nostrum, & ulteriores concessæ possint impunè sperni; In casibus autem particularibus indigenibus majori dilatione recurratur ad Nos, & juxta factorum contingencias opportune providebimus.

Præterea decernimus, quod in posterum absque nostrâ licentiâ duæ tantum causæ proponi possint in plena Signaturâ per quemlibet Ponentem, quando Signatura fit de hebdomada in hebdomadam, quando autem fit infra quin-

decim dies, tunc proponi possint usque ad tres, comprehensis tamen illis, quæ redeunt.

Demum mandamus, quod citationes coram Nobis, sive D. nostro Auditore in Causis pendentibus in Tribunalibus R. Cam. Apostolicæ, & Curia Capitoli non recipiantur, neque attendantur, sed possint impunè sperni, exceptis citationibus ad videndum declarari causam, & causas spectare ad alia Tribunalia, remittiique ad alios Judges.

Quæ omnia, & singula inviolabiliter servari voluntus, neque sub quovis praetextu, causâ, vel colore, sive de Partium consensu licitum sit contravenire sub pœnis prædictis, & aliis gravioribus arbitrio nostro infligendis. Dat. Romæ, ex Palatio nostro Residencia hac die 12. Junii 1706.

F. Card. Spada Praefectus.

M. A. de Ansiedais Auditor.

Jo: Leonus Archiv. Rom. Cur. Scriptor.

### A L I U D E D I C T U M

III.

Quo priora Decreta Signaturæ Justitiae instaurantur, & alia adjunguntur.

Bernardinus Tituli Sandi Petri in Monte Aureo, S. R. E. Presbyter Card. Scotus nuncupatus Signaturæ Justitiae SS. Domini Nostrri Papa Praefectus.

**A**d parcendum Litigantium expensis, & coercendos insurgentes abusis, facto verbo cum Sanctissimo, inhærendo Decretis alias per Prædecessores nostros editis, ac etiam nostris publicatis sub diebus prima Julii, & quarta Decembri 1717.

Præcipimus, quod nemo audeat proponi facere in plena Signaturâ Commissiones in causis non excedent, sumnam scutorum quinquaginta monetae.

Insuper mandamus, quod in omnibus, & qui buscumque causis, in quibus agitur de moderatione, vel reintegrazione inhibitionum A. C., vel aliorum quorumcumque Judicum, & signanter de reintegrazione inhibitionum moderatarum ob non transportationem Actorum, vel à Sacra Rota, vel ab aliis Judicibus Commissariis, de communicatione facultatum A. C., deputatio- ne Judicum, remissione causarum uni magis, quam alteri Tribunalis, & demum de purgatione, vel rejectione Attentatorum, nemini licet adire plenam Signaturam, sed prius citata Parte instare debeant coram Domino Nostro Auditore, cujus Decreta in omnibus prædictis habeant vim rescripti plenæ Signaturæ, à quibus quidem Decretis licet deinde succumbentibus, quatenus non acquieverint, recurrere ad plenam Signaturam, in qua, si iterum succubuerint, Parti vicitri solitas expensas scutorum quatuor Procuratores in pœnam reficere teneantur.

Renovando alias laudabiliter ordinata per cl. mem. Card. Aldobrandinum Prædecessorem nostrum, ulterius mandamus, quod si quando inter Partes, vel eorum Procuratores concordatum fuerit de expedienda Commisione, debeant ipsam Partes, vel eorum Procuratores ad indicandum hujusmodi consensum sua cuiuscumque nomina à tergo Commissionis inscribere; Procuratores autem absque legitimo Mandato Procuratale quidpiam audentes reficere teneantur Parti laſe expensas, damna, & interesse per nos extrajudicialiter taxanda, unde cum alijs etiam gravioribus pœnis arbitrio nostro pro culpa, dolique mali mensurâ infligendis, quod ut exactius ob.

oblivetur, volumus, & mandamus, quod in futurum, si Partes, vel Procuratores convenerint de expedienda commissione, Revisor juxta illorum consensum commissiones signandas nobis affere teneatur.

Prohibemus etiam transmittere in plena Signaturā commissiones pro simplici circumscriptione sententiarum, vel decretorum, sed debeant in eisdem commissionibus alternativē petere, quod, quatenus non sit locus circumscriptioni, committatur causa appellatio cum clausulis opportunitatis, ne Partes reiteratis propositionibus onerentur.

Volumus etiam, quod Partes teneantur dare in earum Summariis sub numero primo copiam de verbo ad verbum collationatum cum originalibus commissionibus, quae per ipsas portuntur signandae in plena Signatura, nec non sub sequenti numero per extensū decretum, seu sententiam, à quo, vel quā petuntur dictae commissiones; alias praeferat causa per Ponentes ejusdem Signaturae omnino non proponentur, & Procuratores, qui id servare noluerint, expensis dictae Signaturae, aliisque arbitrio nostro teneri mandamus.

Caveant DD. Ponentes in posterū subscribe-re propositionem causarum contra formam praesentium Decretorum, nam, non obstante eorum subscriptione, causa non proponentur, ut supra. & Procuratores in expensis, & aliis etiam gravioribus pœnis pariter damnabuntur.

Quilibet Re-  
ferendarius  
tres tantum  
causas pro-  
ponat, quan-  
do Signatura  
fit qualibet  
hebdomada;  
Ubi vero fiat  
intra quinde-  
cim dies qua-  
tuor causas  
proponere  
possit.

Præterea decernimus, quod tres tantum causæ præponi possint in plena Signaturā per quilibet Ponentem, quando Signatura fit de hebdomada in hebdomadam; Quando verò ut intra quindecim dies, tunc præponi possint usque ad quatuor, non comprehensis in utroque casu illis, quæ redeunt. Addito insuper, ut quilibet Ponens in subscrībendā propositione causa teneatur ibi enunciari quo loco, an primo, secundo, tertio, vel quarto loco, modo quo supra, illam præponet; Procuratores autem caveant adire Ponentes impeditos aliis commissionibus sub spe facultatis præponendā extra numerum, quia in postorū non erit licitum præponere ultra dictum numerum, ut supra, præfixum; alias causas excedentes dictum numerum non proponentur, & Procurator, qui extra numerum obtinuerit, propositionemque intimaverit, ad refractionem exparsum favore alterius Partis tenebitur.

Intimationes propositionum causarum, tam tempore hyemali, quam tempore aëtivo, fiant die Jovis ante Signaturam, & informationes distribuantur die Sabathi; alias causas non proponentur, & nihilominus Contraveniens teneatur reficere scuta quatuor pro expensis.

In causis, in quibus expirata fuerit supersessoria, seu ejus prærogatio concessa à nobis, vel à Domino nostro Auditore, aut etiam denegata, intimationes pro adeunda Signatura non inhibeant, neque causent attentata, nisi à die Jovis ante imminentem Signaturam faciendam post octo dies subsequentes, etiam prædictæ intimationes execute fuerint longè ante dictam diem Jovis; Si verò subsequens Signatura fiet per post quindecim dies, aut aliud longius tempus, nullatenus inhibeant, & possint impunè sperni absque incursu attentatorum; nisi Recurrens intimationem pro adeunda Signaturā exequi faciat in illa die Jovis tantum, quæ præcedat immediatæ prædictam subsequentem Signaturam; Quæ intimatione in utroque casu pro una vice tantum suffragetur.

Interpellationes verò, tam super non propositione commissionum, quam super mutatione Ponentium, etiam tempore feriarum generalium fieri debeant pridie, quam informetur, scilicet per

totam diem Sabathi, & facta post dictum tempus non suffragentur; & insuper Parti informant teneatur Contraveniens reficere scuta quatuor pro expensis.

In causis autem, in quibus per Nos, vel dictum Dominum nostrum Auditorem concedetur licentia redeundi ad plenam Signaturam, facto solito deposito, volumus, quod dd. deposita omnino fiant per totam diem Jovis antecedentem re-propositioni causæ.

Commissiones juxta præscripta in reformatio-ne san. mem. Pauli V. tit. de Signatura Gratiae, & Justitiae §. ultimo celeriter expediantur, & numerus illarum in libro Revisoris Signaturum, tam per concessum in Dotaria ad Officium parvæ data, quam per Placet ad Bancum Curforum infra triduum cum expressa prohibitione non danni Partibus, omnino transtinentur, in quo sine Officium manibus non incapsentur sub pœna suspensionis, ac etiam privationis Officii, & aliis arbitrio nostro.

Præcipimus, & mandamus, ne citationes pro quacumque causâ prima vice fiant coram Nobis met, nisi agatur de causâ criminali Tribunalium Utbis, sed fiant coram Domino nostro Auditore, alias non afficiant, & possint impunè sperni, in modo prohibemus omnibus Notariis, ne audeant illas recipere, seu receptas legere, nisi coram dicto Domino nostro Auditore sub pœnis eidem D. Auditori, seu Nobis benevisis.

Item in causis mercedis, & in omnibus aliis, quæ non excedunt scuta unde in moneta, pariter citationes quacumque coram Nobismet; tam in prima vice, quam in gradu recursus à Decretis D. Auditoris, semper irritas declaramus, præcipliō omnibus Notariis, nè illas recipere, seu receptas legere audeant, nisi coram eodem D. Auditori sub pœnis, ut supra.

Insuper volumus, quod citationes pariter coram Nobis ad videndum servari terminin ad solendum, & consimiles, quæ tendunt ad protorahendam solutionem post susceptionem termini, nullo modo attendantur, & possint impunè sperni: in modo prohibemus Notariis, ne audeant illas legere, neque recipere.

Supersessoria in causis proponendis in plena Signaturā non concedentur à D. nostro Auditore, nec à Nobis, postquam fuerint concessæ prima supersessoria, & una prærogatio, & ulteriores citationes factæ, vel facienda non attendantur, nisi subscriptæ per Nos, vel Dominum nostrum Auditorem.

Item mandamus, quod citationes coram Nobis concernentes attentata, moderations inhibitionum, præfixiones terminorum, ac admissionem, vel denegationem recursus, & respectivæ deputationem alterius Judicis in illis causis, in quibus fuerit uniformiter denegata, vel admissa infinita à Capite Tribunalis, & à D. nostro Auditore, non afficiant, & possint impunè sperni.

Insuper declaramus, quod respectu attentatorum commissorum in spretum Reſcriptorum plenæ Signaturæ, ac Decretorum D. nostri Auditoris, citationes coram Nobis afficiant, & attendi debeant, dummodo super iisdem attentatis fuerit prius institutum coram dicto Domino nostro Auditore.

Præcipimus pariter omnibus Notariis sub pœnis, ut supra, ne audeant, seu præsumant recipere, & legere copias citationum, nisi de nostra licentia, vel Domini nostri Auditoris.

Item volumus, & mandamus, quod citationes cum inhibitione ad statim coram dicto Domino Auditore exequatæ, post binas, alia amplius non afficiant, sed possit à Partibus impunè

ne sperni absque ullo vitio attentatorum, & idem servetur in citationibus coram Nobis met exequendis, sed post unicam tantum.

Inherendo Decreto alias edito per cla. mem. Card. Chisum, præcipimus, & mandamus omnibus Notariis, ne audeant recipere, & legere citationes, nisi in causis vertentibus in eorum Officiis sub pœnâ Nobis, & eidem D. Auditori benevisis. Citationes verò omnes, quæ sunt tam coram Nobis, quam D. nostro Auditori in causis vertentibus in partibus coram Judicibus Delegatis à S. Sede Apostolicâ, & aliis quibusunque volumus fieri per acta infra scripti Notarii Archivii, & alias factæ sint ipso jure nullæ, etiam cum Decretis, quæ in illis emanabant, prout illas declaramus, immo prohibemus omnibus Notariis, ne audeant illas recipere, neque legere sub pœnâ, ut supra.

Et insuper mandamus, quod citationes omnes, quæ sunt tam coram Nobis, quam D. nostro Auditori pro purgatione attentatorum quomodocumque commissum in speciem rescriptorum plenæ Signaturæ in causis commissis Romanæ Curiae Prælatis, & in partibus, sunt patiter per acta infra scripti Notarii Archivii. In causis verò commissis Sacrae Rotæ Auditoribus sunt per acta Notariorum ejusdem Sacrae Rotæ, & alias factæ sint ipso jure nulla, etiam cum Decretis, quæ in illis emanabant, prout nullas, & iritatis declaramus: immo prohibemus omnibus Notariis, ne audeant illas recipere, & legere sub pœnâ, ut supra. Citationes, quæ sunt pro repositione à Decretis, tam per Nos, quam per D. nostrum Auditorem factæ volumus sub pœna nullitatis fieri per acta ejusdem Notarii, qui recepit Decretum, à quo petitur repetitio, dummodo Notarius prædictus sit competens.

Præcipimus quoque, quod citationes ad recipiendum nec fieri, nec legi possint coram Nobis, sive D. nostro Auditori, & factæ non affiantur, & possint impunè sperni.

Item decernimus, quod citationes ad videndum supersederi coram Nobis, sive D. Auditori nostro in causis, quæ ratione summa non possunt in plenâ Signatura proponi juxta Decreta alias edita non recipiantur, neque admittantur, & factæ possint impunè sperni, non obstante quocumque Decreto etiam interposito, quod censeatur subreptitiæ extortum.

Denum mandamus, quod citationes coram Nobis, sive d. D. nostro Auditori in causis pendentibus in Tribunalibus Rev. Cm. Apostolicæ, & Curia Capitoli non recipiantur, neque attendantur, sed possint impunè sperni, exceptis illis ad videndum declarari causam, & causas spectare ad alia Tribunalia, remittique ad alios Judices.

Quæ omnia, & singula inviolabiliter servari volumus, neque sub quovis prætextu, causâ, vel colore, sive de Partium consensu, licitum sit contravenire sub pœnâ prædictis, & aliis gravioribus arbitrio nostro infigendis, Datum Romæ ex Palatio nostra solita Residentia hac die 12. Januarii 1719.

B. Card. Praefectus

A. de Abbatibus Auditor.

Jo: Baptista Constantinus Archivii Romanæ Curiae Scriptor.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, supra dictum Edidum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curia Innocentiana, in Acie Campi Flo-

re ac alius lo. is. folitis, & confectis Urbis per me Josephum Batiale Apof. Curs.

Jannes Trifellius Mag. Curs.

## EDICTUM

Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Prodatoři.

## QUO OMNIBUS

Proviss de Beneficiis Ecclesiasticis personalem residentiam requirentibus præcipitur, ut infra constitutum terminum ab Urbe discedant, & ad residentiam se conferant sub pœna, si fecerint, amissionis eorundem Beneficiorum; & insuper singulis descriptis & describendis in notula provisionis Beneficiorum mandatur, ut infra tres mensæ à die affixionis ejusdem notula computandos Bullas Apostolicas expedire teneantur sub pœna privationis dictorum Beneficiorum.

Giuseppe del Tit. dì S. Maria in Trastontina, del la S. R. C. Prete Card. Sacripante della Santità di N. S. Clemente Papa XI. Prodatořio.

**A** Tutti, e singoli Chierici, & altre persone Ecclesiastiche di qualsivoglia stato, grado, e condizione provviste con autorità Apostolica di Dignità, Canonici, Porzioni, e di qualsivoglia altri Beneficii in qualsivoglia modo chiamati, e nominati, a quali è annella la residenza personale, & anco d'altri Beneficii semplici con il decreto di partire da Roma: Di ordine espresso della medema Santità di N. Sig. Clemente per Divina Provvidenza Papa Undecimo, datoci à bocca, rivotando primieramente tutte, e qualsivoglia license di non risedere à i predetti da chi si sia, e per qualsivoglia tempo date, e concessse, e in qualsivoglia modo da darfi, e concedersi in avvenire, se non fatta prima parola con il Datario in quel tempo esistente, e di special licenza di N. Signore, ordiniamo, & espressamente comandiamo, che li suddetti Provisti presenti in Roma frà il termine di trenta giorni, da cominciare dalla pubblicazione del presente Editto, de quali dieci per il primo, dieci per il secondo, e gl'altri dieci per l'ultimo, e perentorio termine, e li assenti rispettivamente dalla Curia Romana frà il spazio di sessanta giorni da cominciare, come sopra, de quali venti per il primo, venti per il secondo, e l'altre venti per l'ultimo, e perentorio termine diamo, & assegniamo; rimossa qualsivoglia altra dimora, e causa, ò pretesto di d'essa, debbano, e siano onnicinamente tenuti partire da essa Città Roma, e dalla di lei Curia; e rispettivamente da luoghi, dove si trovano, e dimorano, e trasferirsi alla loro residenza, per prestare il dovuto servizio personale alle loro Chiese, e fra il termine di novanta altri giorni trasmettere nelle mani del suddetto Datario pro tempore attestazione autentica del loro Ordinario sopra la suddetta loro residenza, e servizio personale, di modo che se alcuno di loro ne termini, come sopra, prefissi, non haverà obedito al presente Ordine, Precetto, & Editto, in tutto, e per tutto, conforme in esso si dispone, ipso facto,